Qui patrem. Generalis prouisio non includit illos vel illa in quibus specialiter ē puisum.h.d.et est casus valde no.¶ No.q generalis puisio nō refert ad specificata concor.l.doli.clausula.ff.vb.ob.et.l. sanctio legū.de penis.¶ Secūdo no.q clausula generalis in fine posita nō refertur ad pcedētia habentia p se clausulam spālem con cor.l.sed si per ptorem.§.deinde ex q.caui.ma.et.l.i. §. initiuz. ff.de postula.et ita ad hoc allegat istum tex.Bar.in.l.talis scriptura in vltima col.de leg.i.¶ Tertio no.q generi p spēm derogat cōcor.l.vxorem.§.felicissimo.de leg.iij.et not. Bar.in.l. q̄situm.§.fi.de fun.instru.¶ Inducit hic tex.p Bal.et Imol. ad.q.q quādo duo sunt statuta diuersa vnum generale aliud speciale semper prefert speciale.¶ Ex quo ifert h Imol.ad.q. quā dicit se alias vidisse de facto.nā pone casum statuto caueē q iudex nō possit pcedere in maleficijs nisi prius denunciet offenso an velit accusare.Alio statuto caueē q possit de vulneribus illatis in faciem pcedere vel de homicidio ad liberuz arbitrium ptingit q qdam fuit vulneratus in faciem et iudex pcessit et non denunciauit offenso an vellet accusare an valeat pcessus.et dicit q in casu contingentie vidit de facto seruari qd valeat pter illud statutū dicens q habeat liberuz arbitrius pp qd videē itelligere q possit pcedere nō suatis solēnitatib iuris positiui:vt no.gl.in cle.sepe.in vb.defensiōi.de vb.sig. vide qd no. Bar.in extraua.ad reprimēdaz.in vb.nō obstantibus. et Bal.i l.titie textores.de leg.i.et in.l.gallus.§.ille casus. de libe.et po. pro decisiōe.q.vide etiā Bar.in.l.in sacris.de pxi.sa.scrip.lib. xij.q sibi videtur contrariari et vide bal.in.l.executorē.C. de exe cu.rei iudi.¶ Inducit h p Ang.ad.q.testator dixit lego fribus pdicatoribus cappā et priori bibliā an debeat cappa ēt priori et dicit q iste tex.facit q non.Priū tn̄ dicit tenēdū p id qd no.cy. in.l.cum questio.C.de leg.vbi ita tz.¶ Nec ob.iste tex.q illd qd h dr in tex.est vex qn̄ dispositio eēt facta i genere de eo qd erat facta ēt in spē.naz si alimēta eēnt legata fratribus et priori hoc cāu nō hz prior duplex legatuz et ita loqt iste tex.et.l.alimēta.§.basilice.ff.de ali.et ci.le.¶ Imo.h dicit q cōiter doc. distinguūt aut testator dixit lego cuilibet frum pdicatoruz cappā et priori bibliā et sic primo pcessit genus postea fuit sequuta species:et tūc pcedit qd dicit ange.h q tūc priori etiā debeatur cappa p.l.iiij.ff.d sti pu.suo.sz si dixit lego priori bibliā et cuilibet pdicatoꝝ cappā et sic pmo precessit species et postea gen tunc nullā habebit cappā.sed solū bibliā et hoc vult bar.in.d.l.iiij.de stipu.ser.p quo ē tex.i.l.titia.§. q marco.ff.de an.leg.q est tex.pncipalis i hac.q. et ibi bar.et Cy.in.l.cum questio.C.de lega.¶ Sz Imo. h dicit q ista distinctio sibi nō placz: q hoc videē p tex.i.l.seruo ma.ff.de pecu.leg.q nō facit dīam an spēs pcedat vel sequat. ¶ Et respōdet ad.d.l.iiij. q ideo ibi ex illa generali loquutiōe acqrit dimidia et ex speciali alia dimidia: q seruus dixit dominis et nō habebat nisi duos nō mix si ad eū refert quē ēt scdo loco noiauit.secus autem si habuisset plures.¶ Sz imo.nō videē bene dicere: q tex.in.d.l.iiij.nō dicit dominus.vnde ipse Imo.indistincte vult q prior nū quā habeat cappā fallit si vnus solus frater fuissz: q etiā tūc prior habebit cappā vt vba pluralis numeri vificent.¶ Et responsio Imo.ad.d.l.iiij.nō cōuenit littere: q ibi nō dicit q fuerit locutio pluralis numeri vnd vior videē opi.Ang.q̄ dato q nō pbaretur p.d.l.iiij.tn̄ pbat p.d.l.titia.§.qui marco.ad quē tex.Imol.nō rn̄det quā opi.seqt bar.i.d.l.iiij. et.d.l.q̄situm.§.fi.de fun.instru.et Guil.et bal.i.l. si cū hui.de adoptio.¶ Tamē puto veriorē opi. bar. quā tenet Guil.et bal.in.l.si consul.ff.de adoptio.et Io.an.in addi.Spec.in ti.d istru.edi.§.nūc vo aliqua.v.sed an pauperes.et bar.in.l.quesitum.§.fin. de fun.istru.p quo facit.d.l.qui marco.¶ Nō ob. d.l.seruo ma.q rn̄de.vt p bar.in.d.l.iiij. q loquit qn̄ genus et spēs ponuntur inter res. nos vero loqmur quādo ponunt iter psonas vt in qōne nr̄a.et rō differentie colligitur recte intuenti vt dicit bar.i. d. l.iiij.de stipu.seruo.

Coheres. Quando coheres pupilli substituitur pupillo portio sua cōtribuitur cum portione pupilli in rōne falcidie dducende de legatis a substitutio.relictis secus si alius q coheres fuerit substitutus.h.d.¶ No.ex isto tex.q substitutio dicit cōditionalis istitutio:vt h et.l. in rōne.§.qd vulgo.et.l.si filiū.ff.ad.l.fal.et.ff. ea.l.§.fi. ¶ Secūdo no.q portio grauata accrescens nō grauate facit accresceē legata.hoc tn̄ fallit qn̄ portio accrescit per ius accrescendi nō aūt ex substōne: q tūc non augent legata iniuncta portioni grauate: vt.l. qd si alterutro.ff.ad.l.fal.¶ Item habemus notare q dictio plane idē iportat qd simpliciter qd fac ad q.si cōmissa est causa alicui vt cognoscat d plano vt pinde sit ac si sit cōmissa vt cognoscat simpliciter.d quo per Cano.in cle.sepe.de vb.sig.et p bar.et alios.in.l.ne qcq̄.§.de plano.ff.de of. pcōsul.et per bar.in extrauagan.ad repmēdā.in v.de plano.et i.v. sine figura.et in vsi.simpliciter.¶ Quarto not.q si vni in primis tabulis legat fundus et in secundis tabulis idem fūdus leget alteri nō cēset legatū adem ptum pmo vt h et.l.plane.§.si cōiūctim.i fi.de le. i. ¶ In glo.in v.prestabit ibi pter partē pupilli dic q de hoc est tex.in.l.q fundū.§.q filiū.v.sed si extraneum.ff.ad.l.fal.¶ In ea.gl.ibi relictoꝝ glo. male dicit fm bal.h q debuit dicere portionum hereditariarū nō aūt relictoꝝ: q hic nō tractatur de cōtributione legatoꝝ.sed de contributione portionum

a¶ Sequētē. adde q voluit Io.an. i ad di.ad spec.su p Rubrica h alleg.p.d.ias. cui addo q vo luit ancha.psi. cclxij.

b¶ Consilio. lxiiij.dic q est lxvj.et Adde pau.d ca. psi. cclviij.

c¶ Per speciem. Addo q h regla fallit i cāu.l. qn̄ aurerio. de con uer.fisci. dbi. d quo h p. d. iaso.cui adde Ludo.ro.idē tenētem sing. suis. et addo q voluit idē roma.psilio.ccc xciij.

hereditariarum.

Cum pater. Substitutio pupillaris facta vltimo morienti i pupillari etate expirat si vltimus morit̃ factus pubes lꝫ primus in pupillari etate decesserit. h. d. ¶ Not. ex isto tex. ẜm rapha. i ꝟ. irritã factaꝫ ꝙ substitutio vulgaris tacita cõprehensa in expressa pupillari expirat eueniẽte pubertate. l. iam hoc iure. ff. eo. sicut expirat pupillaris. nõ põt tamẽ dici hoc cõgruẽter probari in hac littera.

Non uideri. ¶ Substitutio pupillaris seu directa facta in re certa porrigitur ad vniuersum sicut ẽt instõ primi gradus. h. d. ẜm primã lec. ⁊ verã. ⁊ nõ est alibi ẜm dy. ¶ Vel sic ẜꝫ aliã. substõ facta filie si ĩpubes decesserit valet lꝫ instõ nõ precesserit q̃ꝛ precedere fingitur h. d. ¶ No. ex prima lec. ꝙ illud qd̃ dr̃ i. l. i. §. si ex fundo. ff. de her. insti. s. quod heres institutus in re certa nullo sibi dato coherede hẽtur ac si esset institutus in toto hꝫ locũ nõ solũ si nõ esset datus coheres in eodẽ gradu lꝫ ẽt si esset sibi datus coheres in alio gradu q̃ꝛ ẽt tunc habebit totã hr̃ditatẽ ita dicit Bal. hic ꝓbari subtiliter ex isto tex. ꝙ dicit esse not. ꝓ ampliatione[a] eoꝝ que no. bar. in. d. §. ex fundo. ¶ Itẽ no. qd̃ appellatione pr̃is ꝯtinet̃ totũ facit. l. ij. C. de here. insti. ¶ In glo. ij. ibi si decesserit hanc tñ primã lec. intellige ẜꝫ no. per bar. in. l. cẽturio. ff. eo. in ver. qd si testator instituat aliquẽ directo ⁊ in ver. qd si substõ ꝯpendiose sicut in re certa ⁊ i ver. vlterius quero si in diuersis ꝑsonis. ¶ In glo. i. ibi alij dicunt ⁊c. hic ponit̃ scd̃a lec. ad istũ tex. quã barto. hic sustinet ꝑ tex. in. l. si qs ita instituat̃ si legittimus. ff. ti. i. ¶ Sed oẽs alij doc. cõiter dãnãt eã per tex. in. l. ex facto agitatam. ff. tit. i. ¶ Sed si qs vellet sustinere opi. bart. posset rñdere ad illum tex. ꝙ ibi loquit̃ in substõne vulgari que de necessitate nõ reqrit vt precedat instõ vt no. in. l. ij. ff. eo. lꝫ h̃ tex. loquit̃ in substõne pupillari que d̃ necessitate reqrit precedat instõ vt. d. l. ij. nõ mirũ si lex eã subĩtelligit ne al̃s vitiet̃ ipsa instõ hoc tñ nõ obstãte nõ recedo a cõi opi. que est ꝯ bar. ¶ Pro qua adduco q̃ꝛ hic scd̃a lec. nõ ꝯuenit lr̃e ibi in locũ ꝑtẽue eius ⁊ in ꝟ. nã q certe rei. ¶ Preterea videt̃ ꝯfundi h̃ scd̃a lec. ꝑ tex. in. l. i. §. sed si heres ⁊. §. iterdũ ⁊. §. substituere. ff. eod. vbi iuriscõsultus vult ꝙ ad hoc vt valeat substõ pupillaris opus sit ꝙ p̃cedat instõ. lꝫ si vera esset ista ẜa lec. nõ posset ꝯtingere casus in quo fili⁹ ñ esset institutus ⁊ sic esset ꝯ mẽtẽ illoꝝ tex. ¶ Frã. tigri. in. l. fi. C. de here. insti. allegat illũ tex. ꝯ istam lec. lꝫ posse rñderi ꝙ h̃ intelligit̃ substõ necessaria ñ tñ per hoc recedo a prima lec. quã teneo. ¶ Ad. l. si ita quis instituitur. ff. tit. ij. responde ꝙ illa. l. non loquit̃ in personis que de necessitate debent institui vel dic vt dixi in. l. si quis euꝫ. §. fi. ff. eo.

a ¶ Ampliatiõe. adde eũdem a lex. ꝯsi. clxv. ij. lib. ꝙ do. iason alle. ccciij. ĩcipiẽte circa primuꝫ dubiũ ꝫ.
b ¶ Tertiam sol. d. iason h̃ dic̃ ꝙ bar. bñ dicvt i oĩbus so. ⁊ ꝙ nõ meretur rep̃hendi vide hic latius ꝑ eũ ⁊ in materia hui⁹ l. vide alex. cõ si. ciij. iiij. lib.

Ui duos. ¶ Substitutus duobus imparibus cum expressiõe nominis collectiui succedit vtriqꝫ ex substõne si vterqꝫ simul in pupillari etate decedat. si aũt diuersis tẽporibus tunc succedit vltĩo morienti licet in illius hereditate reperiat etiam hereditatem primi morientis. ⁊ isto casu portio primi morientis non ꝯtribuitur cũ portione vltimi morientis q̃ꝫtum ad impediendã detractionẽ falcidie de legatis relictis ab vltĩo moriẽte. itẽ legata facta a substituto primi moriẽtis euanescũt sicut euanescit substõ sibi facta. h. d. ista. l. ¶ Ex isto tex. no. ꝙ si substituatur pupillariter duob⁹ sub hac ꝯditiõe si ãbo moriant̃ ĩpuberes ita demũ vocat̃ sb̃stitutus si simul pereãt pupilli sec⁹ si diuersis tꝑib⁹ qd̃ vltimũ. s. qñ decedũt diuersis tẽporibus ĩtelligit hic imol. veꝝ qñ illi qb⁹ sit substitutõ sunt tales ꝑsone ꝙ ex p̃sumpta mẽte testantis vr̃ esse ꝙ vltimo decedẽs excludat substitutũ quo ad ꝑtem decedẽtis ꝓut erat h̃ sed si essent tales ꝑsone in qbus non militaret h̃ p̃sumpta mens tunc mortuo p̃mo admitteret̃ substitutus ad ei⁹ gradũ. l. hr̃des mei. §. cũ ita. ⁊. l. luci⁹. §. gaio. j. ad treb. ¶ Et hoc puto veꝝ lꝫ Pau. hic multũ exclamãdo dixerit ꝙ qñ fit substitutio ꝑ nomẽ collectiuũ q̃ꝫuis sint ꝑsone extranee vno moriente nõ admittit̃ substitut⁹ imo stare dꝫ in suspenso illa portio ⁊ expectari quousqꝫ ali⁹ moriat̃ ⁊ nihil allegat: tñ primũ puto verũ per tex. in. d. §. cũ ita. quẽ Bart. hic allegat ⁊ ita vult hic in suis finalib⁹ verbis ⁊ puto male dixisse Paul. ⁊ cum supportatõe ñ debuit tantũ exclamare. ¶ Scd̃o no. ꝙ in rõe. l. falc. nõ vr̃ ꝯsideratio bonoꝝ que obueniũt extrinsecus ⁊ alr̃ q̃ꝫ ex testõ vt hic ⁊. l. pr̃ filiã. j. ad. l. falc. ⁊ per hoc limitat̃ text. ff. l. ꝓxima. §. coheres q̃ꝛ ibi illa portio obuenit ex dispõne testõris. ¶ Tertio no. ꝙ vbi irritat̃ substitutio pupillaris irritant̃ etiã legata relicta in substõne. ¶ Quarto no. ẜm Ang. h̃ ꝙ si testator vltimo moriẽti substituit in tota hr̃ditate nõ vr̃ vltimo loco morienti substituere p̃mo loco morienti vt hic in ver. ab intestato ⁊ ꝑ hoc dicit hic cõprobari dictũ Bal. ꝯ Bar. i. l. vel singulis. ff. eo. sed ibi dixi ꝙ iste tex. nõ ꝓbat opi. Ang. vt dicit etiã Imo. h̃ ⁊ rñde ꝙ hic nõ fuit facta substitutio in tota hereditate vt dixi in. d. l. vel singulis. ff. eo. vbi fuit sequutus opi. Bar. cum quadam limitatiõe dic vt ibi dixi. ¶ Item not. ꝙ lꝫ pupillus dicat̃ intestabilis vt. l. i. de suis ⁊ legi. ⁊ insti. de here. q̃ ab intesta. dese. in p̃nc. ⁊. §. cũ filius. ꝓbatur tñ hic ꝙ dicit̃ ab intestato decedere ⁊ etiã ꝓbatur in. d. l. vel singulis. ¶ Inq̃ꝫtum Bar. opponit de. l. qui duos. adde ꝙ p̃ma solu. data per eũ diuinat q̃ꝛ i. l. qui duos. j. de reb. dub. frater decessit paulopost aliuꝫ fratrẽ ⁊ sic ñ ẽ possibile vel saltẽ verisil̃e ꝙ potuerit adire hereditatẽ fratris. ¶ Item adde ꝙ Ang. ⁊ Imo. hic lꝫ Imo. nõ faciat mentionem de Ang. dicunt ꝙ scd̃a solutio Bar. hic etiã diuinat q̃ꝛ nec in. d. l. qui duos. dicit̃ ꝙ frater sciuerit. ¶ Preterea cũ textu in. l. cũ antiquiorib⁹. C. de iure delib. al̃s est. l. fi. sit de qnquaginta decisionib⁹ Iustiniani additis in. C. ⁊ sic est ius nouũ ergo iurislator ãtiquus nõ potuit scire nec diuinare de iure nouo futuro. ¶ Itẽ adde ꝙ ang. ⁊ imo. h̃ dãnant tertiã sol.[b] datã ꝑ bar. primo q̃ꝛ istud violat tex. nostrũ qui dicit ꝙ in hereditate vltimi morientis inuenit̃ hereditas p̃mi: sed ẜm ĩtellectum Iac. de are. nõ inueniret̃ hereditas lꝫ ius petendi restõnem ĩ integruꝫ. ¶ Secũdo q̃ꝛ iste minor nõ vr̃ posse dici lesus q̃ꝛ hoc. s. ꝙ mortuus fuerit potuisset euenire ẽt cuilibet maiori ⁊ sic iure cõi ẽ visus. ergo nõ dꝫ restitui. l. fi. C. de in integ. resti. vnde iste ꝑ mortẽ nõ dꝫ dici esse lesus. ¶ Bal. etiã dicit ꝙ nõ videt̃ vera ista tertia so. data ꝑ bar. ẜm Iaco. de are. ꝑ tex. in. l. si infanti. C. de iur. delib. ¶ Sed Imol. hic dicit ꝙ põt rñderi ad. d. l. si ĩfanti. s. ꝙ ista. l. loquat̃ in casu fauorabili quãdo succedebat fratri. sed. d. l. si infanti. nõ loqtur isto casu. ⁊ id̃ Ang. h̃ dedit quartum ĩtellectuꝫ ad istũ tex. s. ꝙ hereditas fratris nõ adita nõ trãsmittat̃. d. l. qm̃ sororẽ: tñ fallit quando erãt duo impuberes instituti ⁊ substituꝫ erat vltimo morienti vnde si eueniat qd̃ ambo q̃si simul decedant hr̃ditas primi nõ adita trãsmittit̃ ex voluntate testãtis p̃sumpta: ⁊ ita dicit eẽ casuꝫ singulareꝫ hic ⁊ in. l. q duos. j. de re. du. ⁊ dicit qd̃ ista presumpta mens testãtis fuit vt super succederet fratri ab intestato ⁊ sic habeatur loco substõnis pupillaris. ¶ Hũc intellectũ approbat hic Imol. ⁊ pau. cõfirmat h̃ hac rõne q̃ꝛ hic grauatur substitutus ĩ vno. s. q̃ꝛ ex ꝟbis testatoris ȯberet succedere vtriqꝫ ex substitutiõe pupillari cũ in hoc casu non admittat̃ ad portionẽ vtriusqꝫ ĩmediate. ergo in alio releuat̃ vt ad eũ trãsmittat̃ hr̃ditas p̃mi fratis nõ adita. ¶ Rapha. hic dicit qd̃ in hereditate vltimi inuenit̃ hereditas p̃mi. s. verisimiliter vñ si apparet qd̃ frater sup̃stes nõ vellet adire hereditatẽ fratris mortui tunc admitteret̃ substitut⁹ immediate ad hereditatẽ vtriusqꝫ: q̃ꝛ tũc cessaret presumpta mẽs defuncti que fuit vt haberet frater hr̃ditatẽ p̃mi ⁊ sic vt seruaret̃ ius legittimaꝝ successionuꝫ vt h̃ ⁊ in. l. vel singulis. ff. e. ¶ Ex quo infert raph. ꝙ si in terminis nostre. l. p̃mus decessisset ĩpubes ⁊ secũdus nõ adiuit hereditateꝫ p̃mi ꝙ videret̃ dicẽdũ ꝙ admittat̃ substitut⁹. l. heredes mei. §. cũ ita. j. ad treb. ꝓ quo dicit facere tex. in. l. q habebat. j. eo. ⁊ relinqt cogitandũ. ¶ Ego addo ꝙ Ang. in. l. ventre. ⁊. l. pantonius. j. de acq. here. ⁊ in. l. qm̃ sororẽ. C. de iu. deli. approbat istũ ĩtellectũ quẽ ipse ponit hic ⁊ plus videt̃ sentire i. d. l. qm̃

a. ang. vide soci. in l. q duos de reb. dubijs ubi in .7. col. ... intellectuz

sororem videlicet q hic suus habebat tanquam quidam substi-tutus pupillaris ꝛ per consequens sicut suus ꝛ necessarius heres. ¶ Imo. vo in.d.l.vetre.ꝛ in.l.panthonius.reprehēdit ange.i duob⁹. pmo iquātū ang.dicit q quasi simul petierūt isti pu beres qꝛ tex.hic nō dicit q paulopost vn⁹ post aliū decessit sꝫ dicit q imo separatis tēporib⁹ decesserunt. ¶ Secūdo reprehēdit Ang.inqtuꝫ sentit q hereditas fris pmi decedētis transmittat per aliū supstitē vltimo loco decedēteꝫ tanq̄ suū ꝛ necessarium hr̄des fratris ad instar pupillaris substōnis qꝛ dic Imo.q tex. i.l.sed si plures.in.§.quos possuꝫ ꝛ in.l.ij.§.pus.s.eo.attribu-unt hoc vtuti substōnis pupillaris nisi facta esset substō pupilla ris fratri:sed hic nō erat facta substō pupillaris qꝛ tex.dicit qd p mus intestat⁹ decedit.ergo ꝛc. ¶ Et ex hoc pꝫ qd nō bene dixit Ang.in.d.l. qm sororē.approbat tn̄ Imo.in dictis locis qd trāf mittat hr̄ditas nō ex virtute suitatis sꝫ ɔiecturata mente testā tis scꝫ qn pr̄ substituerat vltimo morieti ꝛ vterqꝫ ipubes decessit vt hic dicebat Ang. ¶ Et huic itellectui nō ob.ea q̄ dicit raph. h qꝛ videt in oibus minus bn̄ loquut⁹.ꝛ pmo inqtuꝫ dicit q si frater decessisset hr̄ditate nō adita substitut⁹ admitteret in hr̄di tate pmi:pmo qꝛ violat istum tex.scdo qꝛ intētio testōris fuit cō seruare ius legittimaꝝ hereditatū inter filios vt h ꝛ.l.vel singu lis.s.e.q̄ cāu veniēs ab itestato ēt si expsse repudiat sbstitut⁹ nō admittit. ¶ Item qꝛ glo.i.l.si mr̄.s.eo. vult qd substitut⁹ vltio nō admittat dato q ille qui ex psumpta mente defuncti dēbat succedere expresse repudiauerat vel nolit esse heres:ꝛ illa gl.cōi ter approbat bn̄ facit.l.filiusfa.§.cū quis.de leg.i. ¶ Ex hoc i-fert ad id qd indecisuꝫ relinquit Raph.s.nō admittet substitu-tus qꝛ si hr̄ditas est transmissa vt dicit Ang.pōt ergo habere lo cum substō. ¶ Nec ob.d.l.heredes mei.§.cū ita.qꝛ ibi ɔditio euenit psone ꝛ in psona vltimo loco decedētis nō mirum si ibi admittit substitut⁹ hic aūt defecit. ¶ Preterea substitutus ibi erat pariter dilectus sicut instituti sed in casu nr̄o substitut⁹non erat pariter dilect⁹ sicut psona instituta nō mirū si substitut⁹ ex-cludit qꝛ supstabat etiā nō obstante qd nō adiuerit vt dixi p gl. in.d.l.si mr̄. ¶ Utruꝫ aūt si in terminis nr̄e.l.qn̄ pmus ipubes decedit pmo extaret auus frater ꝛ etiā mr̄:an tūc iste substitut⁹ inueniet hereditatē pmi in hr̄ditate scdi morientis dic q nō vt vult glo.no.i.l.qui duos.j.de re.dub.q̄ supplet ꝛ declarat istuꝫ tex. ¶ In gl.in ver.nō eueniet in fi.bar.h approbat sol.gl.ꝛ tn̄ ponit aliā vt hic p eū Imo.h dicit q bar.videt velle q quādo filius ipubes grauat legatis in rōne ineunde falcidie debēt ɔsi derari bona que pupillus hꝫ tpe mortis pr̄is:sed sm hec tpa fi liusfa.nō poterat habere bona nisi esset miles.sentit ergo bart. q bona pupilli debeāt poni in ɔtributione qd dicit videri con tra.l.q fundū.§.qui filiū ꝛ.§.qui filios.j.ad.l.fal.ꝛ.l. duobus eo.ti. ¶ Fallit tn̄ sm eū in casu singulari.l.si filius q patri.s.e. qd dicit not.p his que indecisa religt in.l.si ɔ.s.eo.de hoc dixi ibi tn̄ ad ɔpositū imo.nō bene accepit so.bar.qꝛ bar.loquit de bonis paternis filio obuētis in hr̄ditate paterna qꝛ loquit i ter minis.l.nostre.magis tn̄ placet sol.glo.q̄ so.Bar.h qꝛ vult qd dēat solū in ɔtributione poni ps hereditatis q̄ obuenit filio gra uato tpe mortis testōris ꝛ n̄ alia portio obueniēs postea. ¶ Sꝫ ɔtra vꝫ qd imo ēt debeat haberi ɔsideratio portiōis postea ob-uenientis est tex.in.l.q fundū.§.q filiuꝫ.ꝛ i.l.qd si alteruter.j. ad.l.fal.melior ergo vr̄ responsio glos.vꝫ q iō nō attribuit ista portio qꝛ nō veniet ex testō sꝫ ab intestato. ¶ In gl.fi.ibi in vl-timū casuꝫ glo.ista dānat h p bar.ꝛ cōiter p oēs alios doct.ex-cepto Raph.q conat saluare eam hoc modo.s.q itentio glos. fuit dicere q qn̄ esset facta substō vltimo morieti ꝛ a substi tuto tali essent relicta legata tunc cum non constet quis vltimo moriatur non debentur. ¶ Sed istud non est verum qꝛ dato q ambo simul morirentur tamen dicitur satis quilibet vltimo mo ri quantum ad istum casum vt vidistis casum in.l.ex duobus in prin.s.eo. ¶ In ea.glo.ibi si ita legauit pater dic ista glo. ma gis cōiter approbatur a doc.ex qua colligunt q onus fideicom missi in dubio intelligitur iniunctum substituto si datus est sub stitutus vel vltimo heredi venienti ab intestato de quo dictum fuit in.l.coheredi.§.cum filie.s.eodem. quamuis Bartol. hic alleget.l.codicillis.in princip.j.de vsufru.lega.tamen ille text. videtur facere contra id quod ipse dicit hic ꝛ ad quod ipsum al legat.

e **Ex facto.** ¶ Substitutio exempla-ris finit si ille cui facta est incipit posse testari vel liberos suscipiat.h. d.ista.l.subtilis ꝛ vtilis ꝛ est quarta repetitio quā po nit Bar.in hoc ti. ¶ Ex isto tex.no.q mutus potest matrimoniū ɔhere carnale ꝛ sic lꝫ matrimonio requi rant verba.c.tue de dispositio.ꝛ no.glo.sing.in.l.cū notissimi de prescrip.xxx.an.ꝛ declarat Bar.in.l. nu ptias.j.de reg.iur.Bal.in.l.ad recognoscenduꝫ.C. de inge.ma.Jo.an.in.c.i.de despon.ipu.in.vi.i no-uella Imo.in.c.illud de presum.illud est verū in va lente loqui vt plene hētur in.c.tue. ¶ Ex hoc infert Bal.Ang.ꝛ Imo.q sicut mutus pōt cōtrahere ma trimonium carnale.ita ꝛ spirituale ꝛ sic poterit ɔfite ri.idē vult Bal.in.l.mutū.j.de acqr.here.ꝛ in.l.pe. C.qui testa.face.pos.ꝛ Imo.in.c.porrectū de regu. Jo.an.ꝛ Ant.de bu.in.c.cū apud de spon. ¶ Scdo no.q rescriptū seu puilegiū pncipis ab ipso pncipe[a] interpretandū est ɔcor.c.iter alia de sen.excō.l.fi.C. de legi.cū si.ꝛ sic ei⁹ est interptari cui⁹ est ɔdere.l.fi. C.de legib.ij.q.i.c.ex his cum si. ¶ Et ex hoc infert Bal.ꝛ Ang.hic q anciani facientes statuta eadē ipi debent iterpretari ipsa si sunt dubia.ꝛ hoc est veꝝ si ipsi sunt adhuc in officio sec⁹ aūt si eoꝝ officiū expi-rasset.sed si alij successerūt in officio tūc illi succeden tes nō possunt iterpretari mouent p id qd no.i.l. pō ponius scribit si frumentū.§.fi.de rei ven.ꝛ per no.p gl.in.l.iter stipulantē.de ver.obli.ꝛ per no.p Inno. in.c.fi.de succes.ab intes. ¶ Sed Imo. hic dicit qd istud vltimū pendet a no.per Bar.in.l.oēs populi. in.iij.q.de iusti.ꝛ iur.ꝛ in.vj.q.pnci. ¶ Cui adde q illud qd voluit Bar.in.d.l.oēs populi in dicta.q.ēt voluit Bal.in.l.fi.C.de legi.vbi ponit similē decisio nem de imperatore vbi dicit q non obstat not.in.d. l.pomponius scribit si frumentum.§.finali.ꝛ.l. inter stipulantem.§.primo . quia procedunt in interpreta tione libelli. ¶ Item addo no.p Bar.in.l.ab execu tore.j.de appel.in pnc.ꝛ in.l.terminato.C.de fruct. ꝛ lit.expen.vbi ponit similē.q.de iudice.s.an succes-sor possit iterpretari snīam pdecessoris sui. ¶ Itē ad de q ipse Bar.vr̄ alr̄ loqui in.l.iter stipulantē.§.j.j. de ver.obli. ¶ Sum solit⁹ sequi ɔcordiā q̄ colligit ex verbis ꝛ mente Bar.ibi scꝫ in.d.§.i. quā etiā sequit Ang.ꝛ Imo.ibi ꝛ bal.in.l.ij.C.de sen.ex peric.reci. ¶ Et an anciani possint statuta ɔdere vide p Bart. in.d.l.oēs populi ꝛ in.c.cū ois ꝛ in.c.que in ecclesia rum de ɔsti.ꝛ in.c.fi.de offic.dele.p Imo. in ppriis terminis in.l.municipib⁹.ff.de ɔdi.ꝛ demō. ¶ Sub dit etiā hic Bal.ꝛ Ang.q si statuta essent ɔdita ab ancianis ꝛ ɔfirmata a sede apostolica tunc ipsi ancia ni nō possent iterpretari[b] sed iterpretatio ptineret ad sedē apostolicā allegāt no.in.l.more ꝛ in.l.ꝛ qꝛ d iu-ris.om.iudi.ꝛ in.l.fi.C.de legi.de hoc remittit etiaꝫ hic imo.ad no.in.d.l.oēs populi ꝛ dicit hoc esse ve-rum eo casu quo anciani statuta cōdere nō possent sꝫ vbi anciani condere possent per se solū statuta absqꝫ cōfirmatione sedis apostolice q̄uis postea sint cōfir-mata a sede apostolica nō ob.hac ɔfirmatione pote rūt ipsi iterpretari. ¶ Limitat tn̄ hoc nisi eēt apposi-ta nisi ɔfirmatiōe ista clausula decernimus irrituꝫ q-quid ɔtra factū fuerit ad hoc allegat tex.in.c.accessis sent de cōsti.ꝛ in.c.cū dilecto.ꝛ ibi no.per doc. d pre ben.vbi hoc videt inui a ɔrio sensu .istud ideꝫ voluit Bar.ꝛ cōiter alij excepto Bald.in.l.oīum per illum tex.C.de test.ꝛ Bar.in.d.l.oēs populi.in.iij.q.pnci pali in v.iuxta predicta quero an i reuocādo ꝛc. idē Pe.de anc.in repe.c.canonū statuta in ver.sed hoc incidenter quero de ɔsti.adde Bal. in.l.ex placito. C.de re.pmu.vbi pfati doc.distinguūt q aut tale sta tutum poterat fieri p ipsos solos statuentes sine con firmatione sedis apostolice aut nō qꝛ eadē solēnitas

a ¶ Ipso pn-cipe.add old. ɔs.cxviij.
b ¶ Interpre tari . adde qd voluit lud. ro ma.ɔs.xxxvj. ꝛ ɔs.cvj.

a ¶ Ius cōe. adde q̄ d3 ēt iterptari fm eqtatē l3 vba nō patiant̄ p glo.xxij.q.i. c.parat⁹.quā3 allegat ꝛ feq̄tur old.ꝯſ.cc lxviij.i p̄n.vi. colū.ꝛ feq̄tur do.Iaſ.hic.

b ¶ Nō valeat.d.Iaſ.h̄ t3 ꝯriū q̄ immo valeat rōnib⁹ d̄ qb⁹ h̄ p eū. q̄ opi. fortifica auctoritate ang.ꝯſ.cxxvj ubi i terminis ꝯſuluit q̄ valeat ſtatutū q̄ mulier nō poſſit teſtari ſine ꝯſenſu ꝓpinquoꝝ. immo plus voluit anc.ꝯſi.xxiij. q̄ valeat ſtatutū q̄ mulier nō poſſit teſtari etiā ꝓ aīa niſi ad ꝯputū.x. ꝓ centenario. ꝛ q̄ valeat ſtatutū tale voluit ide3 pau. in .l. ſi cum dotē i ſi.p̄nc. ſ.ſo.ma.ꝛ melioribus terminiſq̄ ſupra ꝯſuluit idem Ang. ꝯſi.lxxxviij.

c ¶ Cognoſcere. vide p eundem ꝯſi. lxxxviij.

d ¶ Ceſſat reſcriptū. adde Lu.ro.ꝯſi.cl xxx.ꝛ conſilio cccc.xv.

e ¶ Infrigat̄ i hoc articulo vide bal.ꝯſil. clxxij.i.li.Lu. ro.ꝯſ.clxxxij p totū.p old. ꝯſi.cxlvij.per raph. ful.ꝯſi. lxv. incipiente tici⁹.piugē nō bn̄s.bene. capra ꝯſi.clvij.

que requirit̄ in ſtatuendo ꝛ cōfirmādo eadē requirit̄ in iterpretando.l.ſi vt ꝓponis la.ij.C.de nup.autē.ſi ꝯ.C.de re.¶ Item no.q̄ in p̄uilegijs talis p̄ſumit̄ fuiſſe mens ꝯdētis qualis de iure debuit eē.l. qm̄.C. de na.lib.¶ Item ꝓbat iſte tex.ſi p̄uilegiū ex poſtfacto efficit̄ iniquū ꝛ appet q̄ ceſſet cā diſpenſatōis ſeu ꝯceſſiōis ꝛ expirat p̄uilegiū ipſo iure.vbi aūt nō ceſſaret cā tñ ex poſtfacto p̄uilegiū efficit̄ iniquū ſeu apparet p̄uilegiū ex poſtfacto reduci ad iniqtatē tunc ipo iure nō extinguit̄ p̄uilegiū.ſed recurrendū eſt ad p̄ncipē vt retractet ipſu3 p̄uilegiū.ita no.gl.in.c. decet. de reg.iu.in.vj.ꝛ in.c.ſuggeſtū de deci.¶ Itē no.q̄ reſcriptū p̄ncipis d3 iterpretari ſ3 ius cōe⁹ de quo eſt gl.i.c.ꝯ eū.de reg.iu.in.vj.ꝛ in.c.cāmq3. de reſcri. ꝛ tradit̄ in.c.cū oli tibi.de ver.ſig. p legiſtas in.l.ſi.ſ. d̄ ꝯſti.p̄n.cū ꝯcor.¶ Itē no.equipari pupillū ꝛ furioſu3 de quo p bar.i.l.i.i p̄n.ꝟ.de.ꝟ.obl.bon⁹ tex.ē i.l. ſuo inuito.ſ.ſi pupillo.ꝟ.ad treb.ꝛ eſt bon⁹ tex.ꝛ ibi no.bar.i.l.fulcini⁹.ſ.adeo.ex qui.cau.in poſ.eatur. ¶ Itē no.q̄ furioſo puberi hoc tpe ffoꝝ.potuit ſubſtitui directo ꝛ ſic vr̄ q̄.l.humanitatis.C.eo.nihil noui inducat quo ad ſubſtituēdū directo ſ3 ſolū quo ad quaſdā alias modificatiōes de qb⁹ ibi p bar.tñ bar. vr̄ intelligere q̄ illa.l.inducat aliqd noui.q2 hoc tpe nō poterat ſubſtitui directo ſ3 p.l. humanitatis. vbi iſta diſpō eſt fauorabilis ꝛ ſic d3 extēdi ad ſiles caus l.q̄ ꝓpter neceſſitatē.ff.de reg.iu.plene p bar.in.l.ſi ꝯſtante in.ix.q.ſ.ptis ſo.ma.¶ Nō ob.iſte tex.in.ꝟ. ꝛ eni iniquū dū dicit q̄ furioſo poterat ſbſtitui q2 d3 itelligi dicit ipſe q̄ hoc erat p̄uilegiū ipetratū a p̄ncipe vt poſſet ſubſtitui furioſo ꝛ ſic poterat ſubſtitui de iure iſto ꝛ cū bar.tranſit Raph.h̄ l3 Imo.h̄ nihil clare firmet.¶ No.ēt q̄ b̄ñficiū late iterp̄tari d3 ne iniqtatē ꝯtineat ꝛ alteri⁹ p̄iudiciū ꝯcor.l.nec auus.d̄ emācip.li.ꝛ.l.ij.ſ.ſi qs a p̄ncipe ꝛ.ſ.merito.ne qd i lo. pu.ꝛ.l.i puber.ſ.d̄ admi.tu.¶ Itē no.q̄ eſt magna iniqtas auferre homini ſane mentis liberā teſtādi factione3.vñ hoc inducit Pau.d̄ ca.h̄ ad.q.quā dicit de facto eo āno habuiſſe q̄ p hoc vr̄ q̄ nō valeat ſtatutū diſponēs q̄ mulier nō poſſit teſtari ſine ꝯſenſu mariti ꝛ plus nō dicit.¶ Sed certe iſte tex.nō ꝓbat opi.ſuā inducēdo eo mō quo ipſe iducit q2 nō dicit q̄ p̄nceps hoc nō poſſit facere ſ3 q̄ p̄nceps ꝯcedēdo alicui nō poſſit facere ſubſtōne3 exēplariā vr̄ i dubio ꝯcedere durante morbo.¶ Sed bal.ꝛ ſaly.in.l.i.C. vñ vir ꝛ vx.vident̄ tenere q̄ valeat dū q̄runt an maritus poſſit auctorizari vxori diſponēti eo mō quo dicit pau.vt iſtituat ip̄m maritū tñ ꝓ ꝯcluſiōe pau.h̄ facit id qd̄ no.bar.i.l.oēs populi in.iij.q.p̄n.i.ꝟ.iij.iuxta p̄dicta querit̄ ſup his ꝛc.q cōiter approbat̄ dū reducit ad ꝯcordiā gl.q̄ diſputat.an qñ aliqd diſponit̄ ꝯ ius cōe p ſtatuta vel pacta valeat.mō i ꝓpoſito cū p pcm̄ ñ poſſit tolli libera teſtādi facultas q2 ē ꝯ bonos mores vt.l.ſtiplo h̄ mō ꝯcepta.ꝟ.de.ꝟ.ob.ergo vr̄ q̄ nec p ſtatutū h̄ poſſit fieri.¶ Et ꝓ opi.pau.d̄ ca.adduco.nā qñ q̄rit̄ an valeat ſtatutū ꝯ iuſ cōe.gl.videt̄ ꝯrie i.l.neq3 pignus.ꝛ i.l.neq3 ex ꝑtorio.ꝟ.d̄ reg.iu. ꝛ in rub.C.de decre.decu.li.x.ſ3 bar.eaſ ꝯcordat i.l. oēs pp̄li.in.iij.q.p̄ncipali de iuſt.ꝛ iu.ſ.q̄ aut illō qd̄ ſit p ſtatutū nō poterat fieri p pactū q2 erat ꝯ bonos mores ꝛ tūc nō valeat[b] ſtatutū.mō in ꝓpoſito quod mulier nō teſtaret̄ ſine cōſenſu mariti nō poterit fieri p pactū q2 erat ꝯ bonos mores.l.ſtiplo hoc mō ꝯcepta de.ꝟ.ob.¶ Itē no.q̄ ceſſante cā ceſſat effect⁹.l. adigere.ſ.q̄uis de iure pa.vñ facit ſ3 bal.h̄ qd̄ ſi datus ē coadiutor epo q2 ſit ꝓdigus ſ3 formā.c.grāde de ſuppl.neg.pre.i.vi.ꝛ eps moriat̄ an in eū locū ſuccedat capitulū ſ3 formā.c.cū oli.ꝛ.c.is q de maio. ꝛ obe.ꝛ.c.ij.cū ibi no.ne ſe.vacā.an tūc capitulū poterit adminiſtrare ſine coadiutore ꝛ dicit q̄ ſic p iſtum tex.q2 ceſſat cā diſſipatiōis que nō appet in capitulo

ꝓpter quā cām datus fuerat coadiutor.¶ Nō ob.tex.i.l.que ſitū.ſ.d̄ tute.q2 dare tutorē tēdit ad fauorē illius cui fcā erat illa datio ſ3 in caſu noſtro nō eſt ſic.¶ Itē pōt induci ad aliā.q. quā aſs de facto habui delegata eſt cā alicui ſub noīe dignitatis recuſat̄ ille cui erat delegata cā p aduerſariū tanq̄ ſuſpect⁹ vel poſt morit̄ eligit̄ alia pſona ſub illa dignitate an ille poterit cognoſcere.[c]an ꝟo dēant eligi arbitri q cognoſcāt de cauſis recuſationis ſm formā.c.ſuſpitiōis de of.dele.ꝛ.c.cū ſpāli de app. vide p Io.an.ꝛ alios i.c.ſi iudex ab apoſtolica de off.delega. in.vi.q diſtinguit vt ibi late p eū q2 ſepe de facto ꝯtingit ꝛ non memini me in ſpē legiſſe tactū ita clare ſicut ibi a Io.an.ꝛ alijs doc.¶ Itē ex iſto tex.vr̄ ꝓbari q̄ ſubſtō pupillaris euaneſcit ſi filius pupillus hēat ante.xiiij.annū maliciā ſupplentē etatē ita vult bal.ꝛ pau.h̄ ꝛ idē vult bar.in.l.i pupillari.ſ.eo.ti.ꝛ ibi dixi poſt eū ꝛ feci mentionē de verbis doc.h̄.¶ No.q̄ nō eſt viſimile p̄rem vel p̄ncipē velle excludere filios ab h̄ditate p̄rna bñ facit.l.ſcripto.ꝟ.vn.lib.¶ Itē no.q̄ verbū exheredare itelligit̄ largo mō quocūq3 modo filius ſit ꝓuatus hereditate p̄rna de quo p bar.ꝛ alios in auc.ex cā.C.d̄ li.p̄te.ꝛ in.l.filio preterito de iniuſ.teſ.¶ Extra glo.oppo.bar.h̄ de.l.mella.d̄ aur.ꝛ ar.le.ꝛ facit ſuā diſtinctionē melius q̄ alibi cui adde dum dicit q̄ hic eſt caſus ſpālis ꝛ aſſignat rōnē q̄ bal.in.l.humanitatis i vlt.oppo.C.eo.reddit aliā rōnē.ſ.q2 h̄ cā exp̄ſſa in ſcripto erat cā finalis merito ea ceſſante ceſſat reſcriptū[d] ꝛ vtraq3 rō pōt eſſe bona de hac ſua materia ꝛ diſtinctiōe oīno vide ēt p bal. plene in.l.ſi qs heredē.C.d̄ inſti.ꝛ ſub.ꝛ i.l.humanitatis in p̄lle.ꝟ. in.v.col.ꝛ in ꝟ.vltio oppo.C.eo.ꝛ p bar.i.l.ſi qs poſthumos ſ.ſi qs filiū de lib.ꝛ po.ꝛ in.l.p̄cepimus.ſ.ſane.de app.ꝛ i.l. ticius.ſ.de teſt.vbi decidit no.q.de cōmiſſione cāe fcā doctori de habēdo certū ſalariū ꝛc.dic vt ibi p eum ꝛ ſimile3.q. ponit Bal.in.l.generaliter.C.d̄ epi.ꝛ cle.in.v.col.ꝛ in.l.tutelas i p̄nci.de capi.dimi.ꝛ in.l.p̄dia.C.de fideicō.ꝛ gl.ꝛ doc.i.c.ſtatutū de reſcri.in ſexto dic vt hētur in dictis locis.¶ Itē dū Bar. oppo.de.l.ꝓſpexit.ff.q ꝛ a qui.adde q̄ eādē ſo. ponit bar.i.l. adigere.ſ.q̄uis de iur.patro.cū quo alij cōitet doc. vident̄ trāſire ꝛ dicit q̄ vbiq3 bar.dedit talē intellectū ad.d.l.vt ibi p eū de3 ꝛ i.l.oēs populi in.vi.q.p̄ncipali.ff.de iuſt.ꝛ iu.¶ Bal.tñ in rub.C.que ſit lon.ꝯſue.ꝛ i.l.nō dubiū.C.de legi.dicit q̄.d. l.ꝓſpexit.caret ſpiritu ꝛ itellectu.in hoc tñ nō inſiſto q2 non eſt materia noſtra tñ ad ꝓpoſitū doc.vident̄ trāſire cū Bar.h̄ p⁹ Dy.ꝛ ray.¶ Querit hic bar.poſt Dy.ꝛ ray.pone p̄r filiū habēs naturalē ipetrauit a p̄ncipe filiū iſtū effici legittimū p̄r poſtea m̄rimōiū ꝯxit cū vxore ꝛ filios habuit ex ea an legittimatio infringatur Dy.decidebat hic q̄ ſic p iſtū tex.ꝛ p.l.ſi vnq̄.C. de reuo.dona.Ray.vero ꝯ tenebat. bar.vero diſtinguit q̄ aut legittimatio fuit facta per verbū ſubſeqūēs matrimoniū:ꝛ nō i fringat̄[e] p ſuperueniētiā liberoꝝ legitimoꝝ ꝛ naturaliū.d.l.aūpe.ꝛ.l.pe.C.de natura.li.Aut facta fuit legittimatio a p̄ncipe ꝛ tūc nō extinguat̄:aut p oblationē curie ꝛ tūc extinguat̄ ꝛ hoc tertio cāu ꝓcedit opi.dy.¶ Bal.h̄ ſimpl̄r trāſit cū opi.que h3 q̄ p ſucceſſionē filioꝝ legitimoꝝ ꝛ naturalium nō extinguatur legittimatio nō facta diſtinctiōe an p reſcriptū an p oblatione3 curie ꝛ dicit q̄ iſte tex.nō fac ad.q.dy.q2 ꝯceſſio fuit fcā h̄ in fauorē muti vel furioſi merito ceſſante ipedimēto p ꝓcreatione3 liberoꝝ d3 extigui q2 nō reſultat ꝯ fauorē muti imo i fauorē. ſ3 in.q.nr̄a ſecus eſt q2 legitimatio fuit fcā in fauorē legitimati ꝛ ſic non d3 extingui cū in eius odium redundaret.l.qd̄ fauor̄ d̄ leg.ꝛ eodē modo poteſt reſponderi ad.l.ſi vnq̄ de reuo.dōa. qd̄ ibi reuocatio iſta eſt fauorabilis filio nō tñ ſatiſfaciūt iſte reſponſiones.nā tex.non vr̄ velle hoc ſicut inducitur ad.q.dy.ſ3 hoc modo q2 ſicut hic extinguit̄ ꝯceſſio principis ꝓpter ſuperuenientiā liberoꝝ muto ꝓpter quā fuerat fcā ꝯceſſio ita videbat̄ extingui dēbere legittimatio ꝓpter ſuperuenientiā liberoꝝ legitimoꝝ ꝛ naturalium ꝓpter quā cām legittimatio fcā fuerat ꝛ h̄ mō bene facit ad.q.dy.¶ Et ſiliter reſpondeo q̄ in.d.l. ſi vnquā donatio fuit fcā in fauorē donatarij nō filij.ſed bene p̄ſumit.l.q̄ ſi teſtator habuiſſet filios nō feciſſet tā magnas dōationes ar.l.cū accutiſſimi.C.d̄ fideicō.ideo reuocat̄ ibi talis donatio.¶ Cui adde q̄ bal.hic ſimpliciter vr̄ tranſire q̄ non infringatur legitimatio ꝛ dicit q̄ iſte tex.nullo mō facit ꝓ opi.dy.q2 ſi extinguitur hic ſubſtō exemplaris hoc non eſt cōtra fauorem

eius cui facta est substitutio sed in cāu filij legitimati si infringeretur legitimatio esset in eius odiū qđ esset contra.l.qđ fauore.C.de legi.ꝛ eodem modo rńdet Bal.ad.l.si vnq̄.C. de reuo. do.℄Sed iste tex.ꝛ respōsiones mihi nō satisfaciunt qꝛ q̄uis infringat̄ legitimatio tñ nullū odiū facit.ang.hic ꝛ in.l.gallus §.quid si tm̄.ff.de lib.ꝛ po.transit cū Bar.Gui.de cu.i.l.i.C. de natu.lib.quē refert ꝛ sequit̄ Jo.an.in tit.de succe.ab itest.§. i.v.sed ex facto in addi.Specul.ꝫ istam opi.Dy.ꝛ Bar.ideꝫ Oldra.in ꝯsi.cclxvij.incipiente factū tale est quidā rex ꝑ istum tex.ꝛ per.c.suggestum ꝛ.c.dilecti filij de deci.ꝛ ꝑ.d.l.si vnq̄. ℄Jmo.hic dicit q̄ indistincte in quocūqꝫ casu sit facta legitimatio nō reuocat̄ talis legitimatio per supuenientiā liberoꝝ legitimoꝝ ꝛ naturaliū.mouetur qꝛ si hoc vidimus q̄ nō retractatur legitimatio nec extinguit̄ qñ quis fuit legitimatus ꝑ matrimonium subseques vel rescriptū principis vt.l.pe.de natu.lib. ꝛ legitimatō per rescriptū vt in.§.illud qui.mo.na.effi.su.multo magis dꝫ esse in legitimato per oblationē curie ꝓbat sic per tex.in.§.si quis igitur filios nō habens ꝛ in.§.quoniā autē in auc.qui.mo.na.effi.su.℄Raph.hic dicit q̄ passus est dubius Pau.hic dicit q̄ Bar.male loquutus est in duob⁹.s.in legitimato per rescriptū qꝛ qñ quis legitimat̄ per rescriptū non pōt fieri extātibus legitimis ꝛ naturalibus.similiter si postea supueniant legitimi ꝛ naturales dꝫ extingui legitimatio sicut h̄ i tex.nostro.℄Jtem inq̄tum Bar.dicit de oblatiōe dicit Pau.q̄ male dicit qꝛ ēt habens legitimos ꝛ naturales pōt legitimare per oblationē curie vt in.d.§.si qs ergo ꝛ in.d.§.qm̄ varie in auc. qui.mo.na.effi.sui.ergo multo magis durare dꝫ legitimatio facta per oblationē curie anteq̄ haberet legitimos ꝛ naturales. ℄Adde Bal.in.l.eam quā.C.de fideicō.in.xiij.col.qui vr̄ indistincte tenere q̄ legitimatio ista nō reuocetur per supuenientiam legitimoꝝ ꝛ naturalium.idē sequit̄ do.Anto.ꝛ Abb.i.c. per venerabilē qui fil.sint le.idē And.de iser.in.c.naturalis si de feu.fue.ꝯtro.inter do.ꝛ agna.per.l.cū quis ꝛ.l.pe.C.ō na. lib.Bal.i.d.l.cum qs pungit ꝛ nō decidit.℄Cy.in.l.si vnq̄ C.de reuo.dona.de quo doc.in dictis locis nō faciunt mentionem format istam qō.ꝛ arguit ꝓ ꝛ cōtra ꝛ arguit primo ꝓ illa parte q̄ vr̄ extingui per.d.l.si vnq̄.ꝛ pro alia parte q̄ non infrigatur ē tex.in.l.ij.ff.de iti.ac.qꝫ.pri.ꝛ.d.l.pe.de na.lib.ꝛ cuꝫ ista sit sua vltima opi.per eū ibi relata videt̄ dicēdū q̄ inclinet in hāc partē.s.q̄ nō extinguatur.℄Ray.etiā in.d.l.si vnq̄ ꝫ q̄ nō extinguat̄ per.d.c.decet de reg.iu.in.vi.ꝛ allegat decisionem Dy.h̄ ꝛ nihil aliud dicit.℄Sal.in.d.l.si vnq̄ refert opi. Cy.ibi ꝛ dicit q̄ vera videt̄ vlt.opi.Cy.ibi allegat.c.decet de reg.iur.in.vi.℄Jtem qꝛ qñ pater legitimat per rescriptū facit nō soluꝫ occasione liberoꝝ.sed etiā vt admittatur ad honores ꝛ dignitates s̄m eū:vult dicere Saly.q̄ ꝑpter legitimationeꝫ filius admittitur ad honores ꝛ dignitates pariter cū alijs qꝛ alr̄ secus esset.l.generaliter.§.spurios.ff.de decuri.℄Jtem per legitimationē restituit̄ ad famā allegat singularem quotā Azo.i sum.C.ex qui.cau.infa.irro.ꝛ de isto dicto Azo.facit mētioneꝫ Bal.in vltimis verbis in.l.generaliter.§.cū aūt.C.de institu.ꝛ substi.sub ꝯdi.fac.ꝛ in.l.iij.in ꝑn.de lib.ꝛ po.nam vos scitis q̄ si frater instituit turpem ꝑsonaꝫ eius frater pōt querelare testamentum.l.fratres.C.de inoffici.testa.ꝛ etiam habetur in auc. ex cā.C.de liberi.ꝑte.qđ si institutus est spurius certe poterit querelare testm̄ cum spurius reputetur turpis persona vt dicit Azo.ꝛ Bal.in locis supra allegatis.℄Ex predictis mihi videtur vera ꝯclusio q̄ indistincte ista legitimatio nō reuocetur.ad d.l.si vnq̄ vltra supra dicta pōt rńderi q̄ ibi in bonis donatis excludebant̄ in totū filij si donatio valuisset.ꝛ ideo offenditur mens ipsius donātis que fuit nō velle preferri extraneum sue posteritati ar.l.cum accutissimi.C.de fideicō.sed in cāu nostro cessat ista rō qꝛ filij naturales ꝛ legitimi nō excludunt̄ in oibus bonis ꝫ duret legitimatio imo quilibet ex filijs postea ꝓcreatis legitimis ꝛ naturalib⁹ in successione paterna admittunt̄ ad ptē suam.℄Ad istam.l.ex facto rńde vt ꝑ Ray.ꝛ Bart.hic ꝛ per hoc pꝫ non bñ dixisse Pau.de ca.inq̄tum supra reprehendit Bar.in eo qui legitimatur per rescriptū qꝛ quātūcunqꝫ actus sit cōsumatus tñ non debꝫ iudicari vt de consūmato vt hic per Ray.ꝛ Bar.nec ad hāc rōnem rńdet Pau.de ca.nec rńdere potuisset.ꝛ istam partē videtur amplecti etiā cōis stilus prout refert Jo.an.in addi.Spe.in ti.de succes.ab intest. in loco supra allegato.℄Et ꝫ Bar.ꝛ oēs hic videantur velle q̄ legitimatio nō possit fieri quādo pater hꝫ naturales ꝛ legitimos vt in.§.ꝫ ꝛ in.§.si quis filios habēs.in auc.qui.mo.na.effi.sui.hoc tamē intellige nisi in rescripto esset adiecta clausula nō obstante qꝛ tunc princeps videt̄ vti plenitudine ptātis vt ē glo.no.in.c.ad hoc.de rescrip.hoc colligitur ex mēte glo.valde no.in.c.naturales in ti.si de feu.fue.cōtro.inter do.ꝛ agna.iuncto tex.ꝛ hoc voluit Jac.de bel.in.§.ꝛ qm̄ in auc.qui.mo.na.effi.sui.ꝛ Salyc.in auc.item si quis.C.de lib.idem Jmo.in.c.nisi cuꝫ ꝑdem.§.pe.de renuncia.idem Anto.de bu.in.c. per venerabilem qui fi.sint legi.ꝫ andr.de Jser.in.d.c. naturales.de quo scribentes nō faciunt mentionem teneat s̄riuꝫ ꝛ male.℄De qua materia vꝫ an possit fieri legitimatio naturalis filij extantibus legitimis vide no.per Bal.in.l.nā ita diuus in prin.in.i.col.de adop.vbi inter cetera ponit vnū no.verbū.s.q̄ eo casu quo pater habens filios legitimos ꝛ naturales potest legitimare requirat̄ ꝯsensus seu citatō filioꝝ legitimoꝝ ꝛ naturaliū per Jmo.ꝛ Domi.in.c.grādi de sup.negli.ꝑla.in.vi.facit.l.i.ꝛ.ij.ff.de nata.resti.ꝛ pro hac pte q̄ sint citandi ꝯsului his diebus florētie quāuis do.Anto.in.d.c.per venerabilē.dicat q̄ credit q̄ pater poterit legitimare sine ꝯsensu ꝛ citatōne legitimoꝝ ꝛ naturaliū ꝓut latius in.d.consilio.ꝛ ꝑ Bar.in.l.gallus.§.ꝛ qđ si tm̄ de lib.ꝛ posth.ꝛ per Bal.in auc.preterea.C.de natu.li.ꝛ per fede.in cōsilio.lviij.per Angel.in.§.si qs igitur el.i.in auc.qui. mo.na.effi.sui.vbi plus dicit vꝫ q̄ epūs comes palatinus nō possit legitimare naturalē existentibus legitimis sine ꝯsensu patris tamē cum eius patris consēsu hoc pōt.℄Querit hic Jmo.an legitimat⁹ excludat substitutū de qua.q.vide ꝑ Jo.an.in tit.ō succes.ab intes.§.fi.ꝑ Bal.ꝛ Paul.de ca.in.l.cū accutissimi. C.de fideicom.Bal.Jmo.ꝛ Paul.de ca.in.l.si ita quis.§.is cui de le.ij.Bal.ꝛ Jmo.in.l.lutius.la.ij. ff.de here.insti.per Bal.ꝛ Jmo.in.l.gallus.§.qđ si is.ff.de lib.ꝛ post.Ang.in disputatione sua incipiēte nobilis quidā genere per do.Anto.in.c.per venerabilem qui fi.sint le.per Anto.de bu.ꝛ Jmol.in.c. inotuit de elec.per Bal.in.l.si qs posthumos in ꝑn. de lib.ꝛ.po.ꝑ Jmo.in.l.ex facto.§.si qs rogatus el primo in fi.ff.ad treb.ꝛ ibi etiā per Pau.in.l.fi.C.ō his qui ve.eta.ipe.Pe.de anc.in multis cōsilijs.saly.in.l.generaliter.§.cū aūt.C.de insti.ꝛ substi.sub cōdi.fa.℄Querit etiā hic Bar.an ad hoc vt valeat substō exemplaris requiratur q̄ ille cui fit sit de liberis.dic vt hic per eū qui distinguit.sed in vno videt̄ deficere Bart.qꝛ quāuis dicat de arrogato nihil tamen dicit de adoptiuis.℄Quid autē in adoptiuis Ang.ꝛ Jmo.hic ꝛ Ang.in.d.l.humanitatis tangūt de hoc dic vt ibi ꝛ hic per eos ꝛ per imo.in.c.raynutius.in materia reciproce de testa.℄Jtem dū bart. dicit q̄ pōt fieri substō exemplaris naturalibus tātū adde q̄ ang.ꝛ Jmo.hic ꝛ Jmo.in.d.c.raynutius. tenent cōtra qꝛ naturali nulla debetur legitima allegat.l.vxoreꝫ.§.pater naturalis de leg.ꝛ est tex.in.l. iij.C.ō na.lib.ꝛ idem vult glo.in.l.i.in prin.ff.ō bo. pos.con.ta.quā allegat Jmo.pro q̄ est tex.vt.s.dixi ℄Bal.in.l.humanitatis in.xij.vel.xiij.col.C.eodē videt̄ tenere q̄ filio naturali pōt substitui exemplariter vt.l.fi.C.de fideiuss.tu.ꝛ.l.fi.C.quā.mu.tu.offi. sed.d.l.humanitatis loquit̄ in his qbus debet̄ legitimo.ergo ꝛc.℄Jsta ratio Bal.etiā nō est bona qꝛ similiter possemus dicere q̄ posset pater substituere pupillariter naturalibus tm̄.℄Saly.in.d.l.humanitatis transit cū Bal.sed Bal.in.l.ij.in fi.C.de here.insti.dum allegat.d.l.humanitatis exp̄sse ꝫ s̄riū Ang.in.d.l.humanitatis.relinquit sub dubio cogi

tandum. puto veriorem opi. ang. ⁊ sequ. hic. s. ꝙ nullo modo possit fieri cū in hoc nō reperiatur diuersitas īter exemplarē ⁊ pupillarē merito dicimus ꝙ conueniunt vt hic no. bart. ℭ Nō ob. ꝙ exemplaris pōt fieri a matre lȝ nō sit in ei⁹ ptāte q᷑ rn̄de ꝙ lȝ nō sit in ptāte matris tn̄ debetur ei legitima in bonis matris ⁊ sic sibi vendicat locū. d. l. humanitatis. ℭ Ex his erit dare casum nota. ꝙ qs pōt decedere cū tribus testamētis nā pone patrē legitimū ⁊ naturalē ⁊ matrē habere filiū mentecaptū quilibȝ eoꝝ pōt substituere ⁊ substituerūt mortuo patre traditur iste filius mentecaptus in arrogationē alterius q sibi similiter fecit substōnē exemplarē ⁊ postea decessit nā si decesserit postea mētecaptus reperitur decedere cū tribus tes͠tis attento ꝙ per substōnes exemplarē succeditur ei cui fit. ℭ An āt mater filio nō legitime nato possit substituere exēplariter dic vt statim dicā in spurio q᷑ est eadem ratio.

ℭ An aūt pater possit substituere exemplariter filio spurio Bar. tȝ hic ꝙ nō qđ intelligit Ang. hic ⁊ i. d. l. humanitatis ⁊ Jmo. hic ⁊ in. d. c. raynutius. verū ī patre secus in matre nisi sit illustris q᷑ ēt filio spurio debetur legitima in bonis matris. l. si suspecto. §. i. de inoffi. tes. ⁊ in. §. nouissime insti. ad orfi. ℭ Querit ēt hic Bar. an filius possit substituere exemplariter patri mentecapto ⁊ ꝯcludit ꝙ nō ⁊ cū ꝯclusiōe sua h̄ tȝ Bal. in. d. l. humanitatis in. xij. col. ꝓ hoc facit q᷑ si filius posset hoc facere posset semetipm̄ substituere eo casu quo nullus alius filius supueniret qđ ē absurdū q᷑ ille qui substituit nō pōt seipsuȝ substituere vt dicit Bar. ī. in hac. l. ⁊ cū ꝯclusione Bar. hic ꝯcor. ⁊ transeunt cōiter alij doc. ℭ Querit ēt h̄ bar. an substō pupillaris possit fieri filio īpuberi furioso vł mētecapto ⁊ an valebit. ī. tpa pupillaris etatis iure pupillaris postea iure exemplaris cui adde ꝙ ang. h̄ tȝ ꝙ quando est in petēte possit fieri exēplaris que valeat iure pupillaris. ī. pupillarē etatē q᷑ pendet a volūtate testantis qualis sit substō. l. in testō. C. de testa. mili. l. si ita qs. ī. eo. ⁊ ista inuestigatio est magne vtilitatis q᷑ in exemplari pōt substitui solūmodo ille q dȝ succedere ab intestato sed in pupillari pōt substitui quilibet etiaȝ extraneus vnde si tenemus ꝙ valeat. ī. tēpora pupillaris etatis iure pupillaris substōnis sbstitutus extraneus nō excluderetur a successione cū possit substitui. si aūt tenemus ꝙ valeat iure exēplaris tunc nō poterit institui iste extraneus cū debeant institui illi de qbus in. d. l. humanitatis. ℭ Jmo. hic dicit ꝙ sibi vr̄ verior opi. Bar. s. ꝙ. ī. tpa pubertatis nō valeat iure exemplaris. mouetur q᷑ substō exemplaris fuit inducta in subsidiū q᷑ ante inuentā. d. l. humanitatis nō poterat sbstitui directo puberi mētecapto ⁊ oportebat recurrere ad principē sed si ita eēt ꝯstaret ꝙ. ī. tempora pupillaris etatis poterat substituere absqȝ illa ꝓuisione ergo ⁊c̄. ne dicamus principē induxisse aliquid superfluo. l. si qn̄ cuȝ si. de le. i. ipse Jmo. i. c. Raynutius. de testa. trāsit cū Bar. Bal. in. d. l. hūanitatis in pe. col. in. ij. ⁊ iij. q. solū dicit ꝙ si fiat īpuberi valebit. ī. tpa pupillaris iure pupillaris. arg. c. si pater de test. in. vi. sed nō aperit ibi bal. si testōr velit ꝙ valeat iure exēplaris. ī. tpa pubertatis an hoc possit facere. ℭ Saly. in. d. l. humanitatis tetigit istum articulū ⁊ dicit euȝ esse magni p̄iudicij ⁊ effect⁹ ⁊ dic vt ibi per eū q in effectu vr̄ tenere cōtra bar. ⁊ adō ꝙ Bar. aliter dixisset si formasset. q. ꝑut format ibi Saly. sȝ bar. hic nō format. q. ꝑut format Saly. q saly. dicit si in furore decesserit. ℭ Mibi aūt vr̄ vior opi. Bar. per rōnes supradictas in hoc articulo. s. qn̄ fit substō exēplaris īpuberi ⁊ testōr voluit ꝙ hēret vim exemplaris. ℭ Alius vero est articulus quādo dixit si decesserit in furore ⁊ tūc si ḋcedat in furore ē pupillaris vt. d. c. si pr̄. si aūt decedat ī pupillari etate liberat⁹ a furore tc̄ hēat locū opi. sal. s. ꝙ nullo mō valeat

a ℭ Mater. adde pe. d ancha. cōsil. viij.

ℭ Item duȝ Bar. vult ꝙ substō exemplaris facta īpuberi filio nō existenti in ptāte valeat adde qđ Jmo. hic in. d. c. raynuti⁹. tȝ contra bar. mouetur q᷑ substō exemplaris non dȝ posse valere vbi alia rōne ꝙ̄ ꝑpter furorē nō pōt quis testari. ita voluit ipse Bar. hic circa qntū requisitū. ℭ Item mouetur q᷑ si substō pupillaris nō pōt fieri filio īpuberi vbi alia rōne ꝙ̄ rōne etatis impeditur posse testari multomagis idē dicendū est in hac sbstōne. ℭ Item q᷑ īputandū est patri q eū emācipauit q᷑ nō debebat emācipare his nō obstantib⁹ puto opi. bar. veriorē. ℭ Quā cōprobo nā pōt mr̄ a substituere filio īpuberi mētecapto. d. l. hūanitatis. C. eo. ⁊ oēs fatentur ⁊ tn̄ nō pōt facere pupillarē ⁊ tn̄ cōstat tūc filiū nō posse testari alia rōne ꝙ̄ defectu etatis q᷑ imo ēt rōne furoris facit qđ no. glo. in. §. qua rōne insti. de pupil. substi. in glo. magna de qua. ī. feci mentioneȝ ⁊ dixi eā verā in his qbus nō pōt pupillariter substitui. ℭ Nec est bona rō dum dicit īputandū patri q emācipauit filiū: q᷑ rn̄de ꝙ h̄ tractamus d fauore pupilli vt testat⁹ decedat nō aūt de fauore patris sicut ēt in substōne pupillari que fuit inducta ad fauorem filij. l. ex tribus. C. de inoffi. test. ⁊ in. l. iulianus al's incipit si pupillus. ff. d acqui. her. ergo ⁊c̄. ℭ Item inq̄tuȝ bar. h̄ querit quare ad existentiā exēplaris nō requiratur pa. ptās sicut ad existētiā pupillaris ⁊ ꝯcludit post relatas opi. nullā posse assignari rōnē diuersitatis vt hic ꝑ eū adde ꝙ idem tȝ bal. in. d. l. humanitatis. C. eo. ℭ Querit h̄ bar. an ēt in substōne exemplaria requiratur qđ ille cui fit sit in ptāte substituētis dic ꝙ nō vt hic ꝑ eum. idem vult ipse bar. ⁊ bal. i. d. l. humanitatis. ℭ Querit ēt bar. h̄ an mater que trāsiuit ad sa vota possit sbstituere filijs exēplarie ⁊ ꝯcldit qđ nō idē ang. h̄ ⁊ subdit qđ secus ē in pr̄e trāseunte ad sa vota q᷑ nō priuatur administratōe bonoꝝ filij. l. fi. C. d bo. ma. ⁊ l. gn̄aliter. C. de secun. nup. bn̄ facit qđ no. glo. in auc. qđ mr̄. C. de reuo. do. lȝ ipse nō allegat eā. ℭ Jmo. h̄ dicit ꝙ ēt in matre opi. bar. nō est vā maxīe si mr̄ petijt dare tutorē vel curatorē filio mētecapto q᷑ tūc nō priuetur successiōe ipi⁹ qđ ꝯcernit fauorē ipsius matris. l. ij. §. filijs ad tertul. l. sciant de legi. here. ⁊ l. femine. C. de secū. nup. ⁊. §. cum igitur in auc. de nō eligē. so nub. multo minus dȝ priuari ptāte substituēdi exemplarie cū hoc cōcernat fauorē filij. ℭ Pro hoc etiā adducit. d. l. humanitatis. C. eo. q᷑ indistincte loquitur ergo ⁊c̄. ℭ Et ex hoc infert ꝙ dato ꝙ nō petijsset dari tutorem vel curatorē mentecapto ante transitū ad sa vota nō tamē per hoc dȝ adimi sibi potestas substituendi exemplaria cū hoc ꝯcernat fauorē filij ⁊ non matris: est bene veruȝ ad hoc vt mater succedere possit requiritur ꝙ petat tutoreȝ vel curatorē per iura. s. allegata. ℭ Pro hoc etiā facit q᷑ lȝ pater exheredando filium dicatur sibi inferre iniuriam. l. cum quidam. C. de leg. ⁊ l. pe. C. de fideicom. tamen non per hoc impeditur substituere filio. l. ij. §. i. s. eo. similiter licet mater dicatur inferre iniuriam filijs per transitum ad sa vota vt in auc. de nō elig. so nub. in. §. prospeximus ⁊. §. sinautem tutela in auc. de nup. col. iiij. non tamen per hoc debet impediri sbstituere exemplarie. ℭ Et respondet ad. l. lex que tutores ⁊ l. que pupillus alleg. per Bar. hic q᷑ iura loquuntur in administratione bonorum filij in vita vbi contra matreȝ erat suspitio dilapidationis sed ista substitutio confertur post tempus mortis matris vbi cessat ista suspicio. ℭ Raph. hic transit cuȝ bar. quo ad matrem sed quo ad patrem refert verba Ange. ⁊ simpliciter transit cuȝ eo. ⁊ cū eo tȝ Bal. in. d. l. humanitatis i. xi. col. in ver. nunc veniamus Saly. ibi circa. viij. col. tenet contra Bar. etiam in matre primo q᷑ hoc non reperitur. l. cautū bene facit. §. optimum in auc. de nō elig. so. nubē. quem tex. ipsi nō allegant. ℭ Preterea si per transitū ad sa vota mater priuaretur potestate substituendi idem esset dicendum in patre vt no. glo. ⁊ Bart. in. l. femine. C. de secū. nup. ℭ Preterea quādo mater solū filium hȝ lȝ transeat ad sa vota tamē quo ad ea que concernunt fauorem ipsius filij nullam penam patitur. allegat Cy. in auc. ex testamento. C. de secun. nup. ⁊ probatur in. d. l. femine. §. fi. ℭ Sed hec ratio vltima Bal. non est bona q᷑ sequeretur ꝙ mater non priuaretur tutela cū hoc sit fauor filioꝝ quod esset contra auc. hoc autem sacramentū. C. quā. muli. tu. offi. fun. po. ℭ Jn h̄ articulo satis dubito. ⁊ in quo imo. i. d. c. Raynutius. tenuit idē qđ hic puto ꝯsiderandū q᷑ si tenem⁹ ꝙ quādo pater est dilapidator ⁊ suspectus in administratione bo

